

vari debere, quam quidem Nos illis integre et in perpetuum con-  
servare promittimus.

Nulla hic Exceptio à Rege Henrico facta; imò, hæc ejus  
Verba reperiuntur pag: 257. Literis hinc subscripta: Quos qui-  
dem Articulos seu Leges, etc: confirmamus per presentes  
Literas Nras, decernentes illas perpetua, indubia, et invio-  
labilis firmitatis robur obtinere debere. Dantes insup potestate  
Cancellario Regni, ut eorundem Articulorum seu Legum Confirmati-  
onem sub sigillo Regni, Ordinibus ac Subditis Nostis, qui eam requi-  
rent, extradat, Non obstante ullâ exceptione, seu quovis  
in contrarium mandato.

Regis Stephani INDEMENTO, Libertati Dissidentium  
perinde ac à Rege Henrico, per omnia cautum:  
Vid: Volum: Constit: pag: 250.

In LITERIS PACTORUM et CONVENTORUM: p: 252.

Omnia fura, etc: nec non Articulos in Electione Henrici R.  
conscriptos, et ab Ordinibus oblatos, primum hic Warsaviz ab ipsi-  
Legatis, deinde Parisijs ab utroque Rege publico Juramento appro-  
batos confirmabit.

Subscripsit: STEPHANUS Electus Rex.

Similiter LITERAS CONFIRMATIONIS Articulor  
Henrico Regi antea oblatorum jure jurando confirmavit et sub-  
scripsit

STEPHANUS Electus Rex.

In LITERIS CONFIRMATIONIS GENERALIS, p: 259.

In hunc etiam Articulum de Dissidentibus, omnes et singuli,  
nemine contradicente consenserunt. Quod verò supra  
hinc Literis, Privilegia, Libertates Ecclesiasticas cum ceteris  
his confirmavimus, id nihil Articulo Juramenti derogare  
volumus, videlicet Pacem et tranquillitatem inr Dissidentes de  
Religione tuebimur et manu tenebimus, etc: quem inconcusse  
firmiter et inviolabiliter, ac cum effectû Nos observaturos  
promittimus ac spondemus.

STEPHANUS R.

A tak my wyżej pomienione Rady, etc. etc.